et ususfructibus tenebit habebit et possidebit, usque
quaevis et pacifice ad extrema duntaxat vitae suae
tempora utifruendo. Post mortem vero ejusdem
Mariti sui extunc bona supranominata generaliter omnia
morte ejusdem Consortis sui devoluta, ad successores
praefatae Consortis suae, sine quovis impedimento
et contradictione successorum Mariti sui totaliter
et plenarie devolvi debebunt et tenebuntur his
suis fretus personalibus recognitionibus ad prae-
missa omnia et singula mediantibus.

Vlasdowski Radzi-
Copia oblata wil Duci cedit

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Ca-
strensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Joannes Vladow-
1294 ski Sanus mente et corpore existens a Terrestribus Capi-
talibus Juribus Jurisdictionibus suis quibusvis propriis et com-
petentibus recedens, Ordinariae vero Castrensi Capitaneali Pre-
misliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se
cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus tota-
liter et plenarie incorporando atque subjiciendo pa-
lam libere publice ac per expressum recognovit
Quia ipse suo et Generosae Annae [illegible] Consor-
tis suae legitimae et liberorum habendorum cavet et se-
fretus inscribit nomine de omni et integro Jure suo
inscriptionis Nimirum de summa septem Millium
Nongentorum duorum florenorum polonicalium grossorum
viginti quatuor, primum et originaliter ex vi assigna-
tionis per Illustrem et Magnificum Joannem Casimirum in
Krasne Krasinski Supremum Regni Thesaurarium
[illegible] Capitaneum, Generoso olim Samueli
Czaplicki Dapifero Chelmensi Excubiarum Exer-
citus Regni Praefecto de certa data eiusdem assi-
gnationis Leopoli die nona Septembris anno

Millesimo sexcentesimo sexagesimo septimo proxime
praeteriti ex retenta per d[omi]num Illustrem et Magnificum
Nicolaum a Zurow Danilowicz supremum Regni
Thesaurarium Arrendarium Premisliensem Capi
tanealis Capitaneatus Premisliensis quarta in fiscum
Regni inferri debita, et ex eo Capitaneatus retenta
supradicto vexillo ex vi eius assignationis supradictae
per Mociernos videlicet Infrascriptum Illustrem et Ma
gnificum Michaelem Casimirum Radziwil Procan-
cellarium et Exercituum Magni Ducatus Lituaniae
Campiductorem et Catharinam de Sobieszyn Conjuges
de solutione retenta et proventus, tandem per manus
sui Recognoscentis et eandem supradictam Consortem suam
Deputato et Commissioni supradicti Generosi Capituli
videlicet Generoso Joanni Marchewicz vigore eiusdem
assignationis pro recuperandis stipendiis ad ista
Cohorte deputati persoluta, et ipse Recognoscens
ac supradictam Generosam Consortem suam coram Actis
officii praesentis feria sexta post festum Assumptionis
mensis Gloriosissimae Virginis Mariae Anno
Millesimo sexcentesimo sexagesimo octavo proxi
me praeteriti, per eundem Generosum Joannem Mar
chewicz ut deputatum esse et transfusam ipsi assi
gnationem Thesauri Regni cum Inscriptione eiusdem
Castrensis Premisliensis de praemissis Cohortibus, nec non
de eadem ipsa assignatione Thesauri Regni in
per summas supradictas extendentis, decretis Tribu
nali Regni Petricoviensis et Lublinensis, decretis expe
quationis, bonisque Capitaneatus Premisliensis quibusvis
Capitaneatus Premisliensis eiusque Commissionibus vigore
decretorum Tribunalis per officiosam Executionem
officii Castrensis Sanocensis traditi, et tandem praenominatum
Generosum Marchewicz ut deputatum [illegible]

Nomine sibi Recognoscenti ex parte Comparentis suas
cessis et transfusis, paratasque eorundem bonorum,
per Executionem Creditorum ex summa suprascripta
Septem Millium Nongentorum Duorum florenorum
Polonicalium et grossorum Viginti quatuor Intromissione
Inductione Evictione, pacificaque in hac usque conti-
nuata possessione, cum omni praemissorum Jure do-
minio proprietate Comissionisque et prorogatiua qua-
vis omnibus et singulis assignationis praedicti
Juris praesentis cessi conditionibus punctis clausulis
articulis vadiis ligamentis ac Nexibus in Uni-
versum omnibus, summa quoque suprascripta
ex bonorum summa eisque oneratorum Utilitatibus
fructibus proventibus, redditibus commodisque emo-
lumentis obuentionibus attinentiisque et pertinentiis
generaliter universis. Nihil ex praemissis Juris do-
minii proprietatis ac longaevis competentias et pro-
gatiuas pro se Recognoscentis suisque Successoribus
aut quopiam alio reservando seu excipiendo
Verum prout praemissa omnia et singula praesenti resi-
gnata tunc met Recognoscens tenuit habuit possi-
debat ipsiusque concernebant, ac eidem legiti-
me serviebant Jam ex nunc et de facto suprascripto
Illustrissimo et Magnifico Casimiro Michaeli Radzi-
vil Duci Olycae et Nesviz Procancella-
rio et Exercituum Magni Ducatus Lituaniae Cam-
piductori Premisliensi, Ostrensi, Zyrensi, Bydgostensi
Calachowensi, Choynicensi, Kamionacensi, Tucinensi
Dobrzynensi Capitaneo et ipsius Successoribus (a Cre-
pta ob id pro praemissis omnibus plenaria
et sufficienti satisfactione) cessit et condescendit
favet et condescendit praesens omnes et
integros

Jus suum competens sibi ex praemissa serviens, in Per
sonam ejusdem Illustrissimi et Magnifici Radziwil Du
cis Cessionarij sui, ejusque Successorum totaliter
et plenarie transcribit transfundit et incorporavit
ubi transfert transfundit et incorporat praefatis
In quod quidem Jus praefatum cessum, summam
ac bona summa eadem onerata praemissaque omnia
praefatis per se Recognoscentem transfusa, idem Re
cognoscens Generosus Joannes Ciardowski praefato Illu
stri et Magnifico Duci cessionario suo ejusque
posteris jam ex nunc de facto coram officio
praesenti locat et admittit realem Intromissionem
actualem pacificamque possessionem per Mandata
quaevis competens et Nobiles duos [illegible] quoscunque
voluerit offerendo accessamque [illegible] Ipsi Illustri
et Magnifico Duci Cessionario suo ejusque
posteris, hoc idem Jus praefatum cessum sum-
mas ac bona summa eadem onerata, praemissaque
omnia per praefatis transfusa, cum universis com
modis et Usufructibus, competitiisque et prorogativa
quavis tenendi habendi et possidendi, ususque quiete
et pacifice Usufruendi ac in suos suorumque succes
sorum quoscunque beneplacitos usus fructus libere
et effectualiter convertendi, praefati Juris originalis
ac omnia latius inde complectentis praefatis cessi et
transfusi vigore. Insuper idem Recognoscens
Generosus Joannes Ciardowski, supradictum Illu
strem et Magnificum Casimirum Michaelem
Radziwil Ducem in Olyka et Nieswiz Procan
cellarium et Exercituum Regni Ducatus Lituaniae
Campiductorem, de quibusque Condemnationibus
approbationibus, decretis Executorialibus [illegible]
eodem Illustri duce per [illegible] deputatos obtentis

et per eosdem deputatos in se Recognoscens et Generosam
Consortem suam transfusas, quietat emittit, dimittit
Liberumque et absolutum perpetuo pronunciat, Con
demnationes easque omnes, et earum approbationes
cum Decretis Tribunalis cassat mortificat et an
nihilat, sibi suisque posteris ratione Summarum
perpetuum imponendo silentium. Nihilominus
idem Recognoscens Generosus Joannes Uiardowski debebit
et tenebitur, prout se ac suos successores in et super
bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniariis
quibusvis habitis et habendis, supra expresso Illustri
ac Magnifico Casimiro Michaeli Korwin Duci
eiusque posteris inscribit et obligat praesens, Generosam
Annam Wierzowska Consortem suam
legitimam cum personali sui assistentia infra decur
sum duodecim septimanarum ad approbandam
per ipsam Inscriptionem praesentem correspondenter, vel simi
lem suos pro Interesse facientem, ad acta quaevis
authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia
vel in eventum Mortis successores illius adducere
et personaliter statuere, absque vel eius successori
bus ut promissa debere exequar et efficere, Sub
vadio summae septem Millium Nongentorum
duorum florenorum polon. et grossorum viginti quatuor
per eundem Recognoscentem sive eius posteros su
prascripto Illustri et Magnifico Duci vel eius suc
cessoribus ob non statutionem eiusdem Consortis suae
statuendae vel in eventum Mortis successores
illius pro tempore et loco superius expressis
ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem
vadio modo promisso ad solvendo succubitur
ac pro re absque principali et promissis non com
pleta complenda, ipsaque Consorte sua non
statuta statuenda. Citatus Existens Maiestatis.

Haeredes Generosus Joannes Viazdowski sive eius Succes-
sores ad instantiam pro tunc Illustris et Magnifici Ca-
simiri Michaelis Radziwil ducis in Olyka et Nie-
swiez Vicecancellarii et Exercituum Magni Ducatus
Lituaniae Campiductoris, Premisliensis, Osvecimensis, Ly-
diensis, Tczewagolensis, Calbecoviensis, Chojnicensis, Ca-
mienecensis, Nisiensis, Kobrynensis Capitanei Ces-
sionary sui vel eius posterorum ad officium prae-
sens Castrense Capitaneale Premisliense Extunc re-
cessu Superscripto quoad respondendum spectat
mediante semper in primo Citatus Termino tam
quam peremptorie stare Iurique parere respondere
vadium Actoreae Luere Insequi plene satisface-
re de omnibus vadiatum poenis debebat et tenebit
seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit
et obligat pro illum terminum primum perem-
ptorium vel alios omnes exinde consequentes
causa eius terminos semper peremptorios de
sua infirmitate pro Maiori et Minori successi-
va legatione intra vel extra Regnum servitio
militari ad munimenta ad Eruditionem vel aliis qui-
busvis dilationibus reliquis ex antecedentia sensibus.

Viazdowski et Jezernicki nomine Ducis Radziwil mutuo sese quietant 1295

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosi Joannes Carolus
Jezernicki ut Illustris et Magnifici Michaelis
Casimiri Ducis in Olyka et Nieswiez Vicecancellarii
et Exercituum Magni Ducatus Lituaniae Cam-
piductoris Actis Castrensibus Leopoliensibus plenipotens et Commissarius a parte ac Joannes
Viazdowski parte ab altera sani mente bonis